




**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1986**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

|     |     |     |     |     |     |     |     |     |     |     |     |
|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|
| 10X | 12X | 14X | 16X | 18X | 20X | 22X | 24X | 26X | 28X | 30X | 32X |
|     |     |     |     |     | /   |     |     |     |     |     |     |

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Bibliothèque nationale du Québec

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Québec

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

errata  
d to  
t  
e pelure,  
on à

R I

R

Nov



*Ex Ann*

A

# RELATIO

357  
5  
sub

RERVM GESTARVM

IN

Novo-Francica Missione

ANNIS 1613 & 1614.



*Ex Annis Litteris Societatis IESV impressis*

LVGDVNI,  
APVD CLAVDIVM CAYNE,  
TYPOGRAPHVM,  
CIC IDC XIII

BIBLIOTHÈQUE  
SAINT-GULPIE



TA

I



IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

Edition tirée à vingt cinq exemplaires. O.C.


F  
5075.22  
187/p  
Ts

UNIVERSITY OF TORONTO  
LIBRARY

B. Q. R.  
NO. 6072



## TABVLA RERVM

|  | Pag. |
|--|------|
| I  UID sit Nova Francia - | 1    |
| II De climate - -  | 2    |
| III De moribus gentium   | 4    |
| IV De prima exploratione Novæ<br>Franciæ - - - -   | 4    |
| V De situ, fluviiis et incolis -   | 5    |
| VI De promontorijs, de quinque<br>Francorum domicilijs - -   | 8    |
| De ortu domicilij Sancti Salua-<br>toris ad ostium amnis Pentegoetij                                       | 9    |
| VII Appellunt nostri ad Portum Re-<br>galem - - - -  | 16   |
| VIII De laboribus nostrorum - -  | 17   |
| IX De rebus angustis - -   | 25   |
| X Patres radices legunt et pisces ad<br>sustentum domicilij - -  | 36   |



|   | Pag. |
|---|------|
| XI <i>Saussæus ex Francia solvit ad<br/>novas missionis sedes collocandas<br/>et Sancti Saluatoris domicilium<br/>inchoat</i> - - - | 37   |
| XII <i>De impetu Anglorum in missionem<br/>Sancti Saluatoris et de ruina<br/>Sanctæ Crucis et Regii Portis<br/>arcium</i> - - -     | 41   |
| XIII <i>Patres in Virginiam et inde in<br/>Angliam deportati</i> - -  | 53   |
| XIV <i>Summa rerum in Novo-Francica<br/>missione gestarum</i> - -   | 59   |



IN I



uerfa ,  
em , &  
commu  
maris t  
latiffim  
interua  
vicinita  
ciam m  
enclati  
congru  
quòd e  
oram p

Pag.  
 ad  
 ndas  
 livm  
 - 37  
 onem  
 ruina  
 portis  
 - 41  
 de in  
 - 53  
 ncica  
 - 59



IN NOVAM FRANCIAM, SEV  
*Canadiam Missio.*



NOVA FRANCIA, Brasiliæ ac Peruuio continens ad Boream vastissima regio, Aquitanico Galliæ littori ad occasum obuerfa, directas ab Occidente in Orientem, & contrà, lineas cum nostra Francia communes habet; ab eaque non ita longo maris traiectu octingentarum, aut is vbi latissimus est, mille leucarum dirimitur interuallo. Ex huiusmodi oppositu & vicinitate nostratis Frãciæ, Nouam Franciam maiores eam appellarunt; cui nomenclationi & illa altera, rei maximè congruens, accessit ex euentu causâ, quòd eam terrarum adhuc incognitam oram primi mortalium Franci nostrates depre-

deprehenderunt, crebrisque navigationibus, centum eoque amplius abhinc annis, frequentarunt. Canadiæ verò nomen, quod vulgò vniuersam in eam regionem confertur, eius modò plagæ Septemtrionalis proprium est, quæ CANADÆ fluminis, & nobilis finus, cui à Sancto Laurentio nomen est, copiosis aquis alluitur. Enimuerò vniuersæ Nouæ Franciæ amplitudo, nunc, ad Floridæ confinia, multò licet quam nuper contractior, vndequadagesimo tamen gradu, versùs Austrum, determinatur; vltraque nostratis Franciæ latitudinem non paucis leucis porrigitur: exinde autem ignotis adhuc finibus in Aquilonem, sicut & immēsis tractibus in Sinicum mare ad Occidentem excurrit: quà denique Eurum spectat, nostro Aquitanico Oceano, Britannicòque, ipsi linearum parallelis obiecto, definitur.

CAELI eadem omnino, quæ nostri Gallici temperatio, ex ea ratione Climatis eiusdem, quam indicauimus, inesse illi regioni debet, vti reuera inest. Soli autem quin par quoque fit ratio, nihil pro-

prohibet  
terræ  
uarum  
omnin  
prodit  
procer  
vberta  
campo  
viridita

GE  
multis  
confili  
deuinē  
nisi pi  
instruē  
aut sal  
opus i  
ingenic  
belluin  
Populu  
populu  
quæ  
poteft  
populu  
orum  
coire

prohiberet, si iugis adesset campestris  
 terræ cultura: & perpetuarum ferè sil-  
 uarum abesset densa opacitas. Nam opima  
 omnino vniuersi terreni viscera, facile  
 prodit ingens arborum amplitudo, atque  
 proceritas: summam quoque glebam  
 vbertate multa pinguem, tota planitie  
 camporum, hilariter herbescens terræ  
 viriditas ostendit.

GENS ea distinctis lingua & sede  
 multis populis continetur, nulla vsquam  
 consiliorum aut fortunarum communione  
 deuinctis: nulla nec lege, nec arte; nullo  
 nisi piscatus, & venatus vitæ subsidio  
 instructis: vix vlla Numinis cogitatione,  
 aut salutis cura informatis: ad omne  
 opus ignavis: stupidis ad artes, quæ  
 ingenio aut memoria nitantur: in summa,  
 belluinis pænè hominibus constat ea natio.  
 Populus cum longinquo propinquove  
 populo vix habet commercium, nisi  
 quæ bello inferendo, aut defendendo  
 potest interuenire. Immo, neque idem  
 populus, eadem loci regione, ac tuguri-  
 orum vicinitate iunctus, fermè vnquam  
 coire solet, nisi vt de armis, aduersum  
 com-

communes hostes capita conferat. Ex-  
 terarum verò nationum Francicam vnam  
 ferè suos in portus admittunt, Fibrinis,  
 atque huiusmodi pellibus suis distrahen-  
 dis, necessariâque veste, ac supellectile  
 permutandis.

HANC noui orbis partem ex Francis  
 nauarchis primi explorarunt Britones,  
 anno quarto post millesimum quingen-  
 tesimum; de qua vbi renunciauerant,  
 eius repetendæ nauigationis; vel comites,  
 vel æmulatores habuerunt deinceps fre-  
 quentissimè, tum Normannos, tum  
 cæteros Gallici Oceani accolæ. Vn-  
 deicesimo post anno, Ioannes Verazanus  
 Florentinus, vicesimo item, ac tricesimo  
 quarto Iacobus Quartierus Gallus, Brito,  
 cum imperio missi ab Francisco Primo,  
 Gallorum Rege, ipsius auspiciis occupa-  
 tam regionem illam, eius posterorumque  
 Regum iurisdictioni vindicarunt, cuius  
 possessionem, per interualla suffectæ aliæ  
 atque aliæ Francorum expeditiones, in  
 hanc vsque diem Gallorum Regibus  
 asserere perseverarunt. De nostris verò  
 missi quoque sunt anno superiore, qui  
 Henrici

Henri  
 Franc  
 iuncto  
 Euang  
 regum  
 tio an  
 ea qu  
 necess  
 quæda  
 No  
 gemin  
 gusta  
 obtend  
 tractu  
 obiace  
 offiis  
 commo  
 medite  
 illas in  
 obiectu  
 gentis  
 appella  
 region  
 orbis  
 aluei,  
 directo

Henrici Quarti auctoritate populos, Francico nomino amicitia & Societate iunctos, ac reliquos etiam Canadios, Euangelij tanto sanctiore fœdere, Christo regum regi deuincirent. Quo de negotio antè quàm instituamus dicere, præter ea quæ generatim complexi sumus, necesse est de loco ac gente sigillatim quædam capita enucleatiùs explicemus.

NOVA FRANCIA Gallis adeuntibus gemino littore patet; altero, quod angusta fronte Oceano nostro, & Orienti obtenditur: altero, quod productiore tractu ad Floridæ vsque confinia Austro obiacet. Istud latus portubus, atque ostiis fluminum frequens est, quibus commodè penetrari possit in regionis mediterranea, & hâc ferè Galli terras illas ineunt: illud verò, Franciæ nostræ obiectum littus, quoniam oppositu ingentis insulæ, quam Nouam Terram appellant, importuosum pænè est, ea regione nostrates non subeunt. Eius orbis vastissimâ planitiem ingentissimi aluei, aquis copiosissimum flumen irrigat, directo limite ab ultimo pænè occasu ad ortum,

ortum, quoad angusto freto ad insulam Terræ Nouæ, ipsiusque insulæ oppositu, eius ostia in Austrinum littus inflectantur. Ei fluuius gentile nomen est *Sacqué*, Sanctum Laurentium Galli appellarunt; cuius caput ampliùs quingentis inde leucis indigenæ ab lacu in trecentas patente leucas repetunt. In hunc amnium principem alij amnes nobiles ab Aquilone influunt, nempe Saguenaiùm, Tergeminus amnis, seu tres amnes, simul coëntes, Algomequium, & cæteri non pauci. Saguenaij quingentarum, Tergemini quadringentarum leucarum navigatio longè porrigitur in Boream. E montibus, ad ripam Austrinam Saquéi amnis, transuersi feruntur in Meridianum Oceani littus alij quoque fluuij celebres; vnde populis, atque illius tractus regionibus plerisque gentilia ducta sunt nomina; sed eorum nonnullis sui moris appellationes Franci postea indiderunt. Fluuij autem sunt hi ad Austrum conuersi, Sanctus Ioannes, Pentegoëtius, Quinibequius, Choiïacoëtius, Norembega, quem postremum amnem Champlanius

planius  
contend  
Sanctum  
nem, n  
adij, &  
his, ead  
è region  
atque C  
rentium  
Canadi  
ab Eur  
eos ad C  
regioni  
seu No  
ad hor  
tium,  
netij:  
Etemi  
inde  
coetiu  
que in  
num  
monte  
Reliqu  
prefer  
nem,

planius eundem ac Pentegoetium esse contendit. Populi trans Saquéum, Sanctúmve-Laurentium, versùs Aquilonem, non procul illius ostiis, sunt Canadij, & Excomminqij: longè verò ab his, eadem Boreali ripa, versùs occasum, è regione Florida, incolunt Algomegij, atque Ochastegij. Cis Sanctum-Laurentium, in Australi ora degunt item Canadij, ad ipsum magni amnis flexum, ab Euro in Austrum declinatis. Post eos ad Occasum vergūt Souriquij, Acadiaë regionis incolæ: deinde ad Pentegoetium, seu Norembegam fluuium, Pentegoetij: ad horum dextram, Occasum spectantium, circa *Quebecum* arcem, Montagnetij: post Pentegoetios recto tractu Eteminqij, ad amnem Quinibequium: inde Almochiquij ad flumen Choïacoetium, latissimis campis diffusi: denique inter Floridam, & Saquéum magnum amnem, Iroquij campestribus, montosisque locis latissimè habitant. Reliquos Nouæ Franciæ populos multos, præsertim trans magnum Saquéum amnem, Aquilonares, Galli nostrates non nisi



nifi ex auditione norunt. Ex notis autem, amicos, ac pæne Socios habent Souriquios, Eteminquois, Montagnetios, Almochiquios, Algomequios, & Ochasteguios: istis capitales hostes Iroquios, hostili quoque in se animo experiuntur, eo maximè nomine, quòd Iroquiis Galli cum ipsorum hostibus bellum intulerint. Horum quidem populorum soli agriculturam, inscientser tamen, exercent Almochiquij, Iroquij, & Ochasteguij, miliumque Indicum, & fabam Brasiliacam ferunt.

PROMONTORIA celebria Franciam Nouam ineuntibus Meridiano littore occurrunt, Britonicum, ad ipsa ostia magni amnis, hoc est Sancti Laurentij; ab hoc deinde Heuæum, Arietinum, Sabulosum, Bifidum, Sanctus Ludouicus, Album, Sancta Helena. Eandem oram à Promontorio Britonico legentibus obuij fiunt portus, Campseus, Sefambræus, Regius, Pulcher. Mediterranea verò per Sacqueum amnen, & Canadiæ fines subire volentibus, præteruehenda sunt, Britonicum, ad ostia eiusdem fluuij;  
Sanctus-

Sanctus-  
tæum, &  
Tadouff  
fluminis

Porro  
bitu, fro  
ampliùs  
nino q  
primum  
riore fu  
*Crucis*,  
gustias,  
vbi nun  
quinden  
trus du  
quarto f  
erexit,  
quois, i  
cui don  
*Cru*x in  
quasi pe  
Portum  
fossa & a  
Regius,  
ea, quan  
quinqa

Sanctus-Laurentius; Episcopium, Chateum, & alia nonnulla promontoria: Tadoussacus denique portus ad Saguenaij fluminis ostia Sacquéum ineuntis.

Porrò in tam immenso terrarum ambitu, frequentibus expeditionibus, annis amplius centum, Franci domicilia omnino quinque constituerunt, quorum primum posuit Iacobus Quartierus posteriore sua nauigatione, non ad *Sanctæ Crucis*, quæ nunc est, importuosas angustias, & cautes: sed in iis panè vestigiis ubi nunc est Quebecum, Sancta Cruce quindenis leucis citerius. Alterum Petrus du Gas, dominus de Monts, anno quarto supra millesimum sexcentimum erexit, in angusta insula, inter Eteminquois, in Australi propemodum littore: cui domicilio ac insulæ nomen *Sanctæ Crux* indidit. Idem eodem anno, in quasi peninsula, oræ Acadicæ, ad Regium Portum, eiusdem nominis exiguam arcem fossa & aggere munitam exstruxit. Portus Regius, & portui cognominis arx, sunt in ea, quam Franciam *Baiam* vocant, centum quinquaginta leucis à Campsæo promontorio,

montoric , leucas octo intra continentem. *Baïa* scilicet Francis , sicut Hispanis , est amplior terræ finus ad oram maris , aut fluminis maioris , angulato orbiculatove recessu , influenti aquæ ad interiora continentis præbens aditum. In extremo Francico Sinu portus est octingentorum passuum ostio peruius , duas leucas longus , unam latus , duum millium capax maiorum nauium , cui ab nobilitate *Regius Portus* nomen à Champlænio Franco est inditum. Tertiam sedem quarto post anno condidit dominus de Monts ad Quebecium cornu , in Australi ripa Saquei annis , è regione Aurelianæ insulæ , in Montagnetiorum solo ; quam arcem Champlænius , qui operi præfuit , Quebecum à soli nomine appellauit , & eodem pænè loco Sanctam Crucem Iacobi Quartieri arcem olim conditam fuisse obseruauit. Quinti & vltimi Francici domicilij fundamenta Patres nostri iaciebant , ad ostium amnis Pentegoetij , cum ab irrupentibus Anglis opere prohibiti , atque in captiuitatem contra fas , & ius gentium abducti sunt. Iis ad hunc modum

modu  
 morat  
 tioner  
 Canac  
 feram

Pot  
 à dom  
 ipso t  
 rico  
 optim  
 non m  
 impet  
 & im  
 Franc  
 Patri  
 ciorun  
 adiun  
 ralem  
 vti de  
 quos p  
 tendo  
 duum  
 Missic  
 octau  
 nadic  
 cogita

modum præmissis capitibus, quæ alioqui moratura erant institutam rerum narrationem, ad susceptam à Patribus nostris Canadicam expeditionem styllum conferamus.

Potrincourtius Regij Portus castellum à domino de Monts sibi dono datum, eo ipso tempore, quo condebatur, ab Henrico Quarto petiuerat, eo iure, quo optimo, sibi asseri, vindicarique? ac eius non modò vindicias, sed nexum etiam impetrauerat. Secundùm quod ius arcis, & imperij prætereà certis finibus in Noua Francia Potrincourtio attributi, Rex Patri Cotonno significat, velle se vti Sociorum opera in Barbaris illis ad Christum adiungendis; proinde scriberet ad Generalem Societatis Præpositum suo nomine, vti designarentur Patres in eam rem, quos primo quoque tempore illuc mittendos ipse Rex ad se accerferet, annuis duùm millium Librarum vectigalibus illi Missioni attributis. Annus huius sæculi octauus agebatur, cum Rex ita de Canadicis rebus decerneret, cuius tamen cogitationes grauioribus negotiis aliò se

se uocantibus, eius quoque interueniente obitu, sed eorum maximè negligentia, qui Regio nomine Canadicam prouinciam administrabant, nostrorum profectio in tertium post annum est dilata. Siue autem casu quopiam, siue hominum consilio, eam proferri trienni toto contigit, cum iam in procinctu nostri essent; obortæ tamen subito sunt eæ difficultates, quibus planum fieret, Cacodæmoni esse inuisa nostrorum in ea profectio consilia. Regina quingentos aureos nummos, ex defuncti Regis decreto numerauerat: Domina *de Vernueil, de Sourdis, de Guercheuille*, alia sacrum aræ instrumentum, alia linream vestem copiosam, alia per amplum viaticum munificè contribuerant: Pater Petrus Biardus, & Pater Enemundus Masseus eò destinati animis ingentibus se comparauerant, vela & ventos auidè præstolantes. Status condictus dies vela faciendi eis conuenerat cum Biencourtio Potrincourtij filio, & Thoma Robinio, expeditionis ducibus, ad octauum calendas Nouembris anni decimi supra sexcentesimum; sed cum eo die adfuissent,

adfuissent  
 citant  
 aberat  
 tionis  
 esset.  
 mater  
 & qui  
 arum  
 Caluin  
 fructus  
 nomin  
 posse f  
 in nau  
 anter  
 illius c  
 paction  
 sentent  
 ab Do  
 regio  
 nuncia  
 dimou  
 batur,  
 Nouar  
 & non  
 se rati  
 tutio D

adfuissent, nauigium farciebatur, & officitanter quidem, in continenti; tantum aberat, vt idoneo com meatu & nauigationis, & Canadicæ familiæ instructum esset. Instaurandæ naui suas operas, materiamque locauerant Calviniani duo, & quia Biencourtio ac Robinio ad operarum mercedem deerant facultates, Calviniani mercatores certam nautici fructus partem pacti sibi erant, eoque nomine, pro dominis in ea naue gerere posse sibi videbantur Iesuitis igitur locum in nauigio non futurum palam, & asseueranter edicunt, aut si futurum sit, ab illius operis redemtura, & cætera omni pactione se iamiam discedere: qua de sententia nec ipsius Reginae auctoritas, ab Domino *de Cicoigne*, Dieppensis vrbis regio Præsidi, grauiter, seueraque denunciata, Caluini asseclas non potuit dimouere. Desperata res planè videbatur, quòd hæc vna modò nauis in Nouam Franciam anno illo adornaretur; & non paterentur duo illi Calviniani vlla se ratione demitigari: quæ nostra destitutio Dominam Guercheuillæam, religiosissimam,

fissimam, & ingentis animi feminam, acriter pupugit; sed ea qua est sollertia, confestim ad manum habuit rationem, qua non iam vt vectores nos, sed vt partiaros, exclusis inhumanis Hæreticis, in nauem induceret. Quattuor igitur millium Librarum stipem de principibus viris ac feminis ex Aula, paucis diebus, corrogat, quantum erat opus ad nauem instruendam; eaque collata summa, Calvinianos illos duos nautica societate deiicit, simulque idoneam sortem constituit, vnde Canadicæ negotiationis præfecti perpetuam quotannis pensionem nostræ Missioni penderent. Sublatis itaque, illius feminæ industria, quæ nos morabantur impedimentis, ternis ferè mensibus adornandæ nauis consumptis, huius tandem sæculi anno vndecimo, ante diem sextum calendas Februarias, è littore Dieppensi, Deo duce, soluimus, totóque quadrimestri nauigantes Campsæum in portum, Australis littoris Nouæ Franciæ, appulsi sumus; inde centum viginti leucarum vel maritima, vel terrestri via Portum Regium lætantes iniuimus.

mus.  
homin  
demiss  
homin  
nostris  
menti  
Caluin  
fociis r  
træ con  
bat de  
imbuti  
bus nob  
factus  
cætera  
maris r  
nostro  
glaciat  
collibu  
animis  
decerta  
titer en  
tio, an  
idem C  
mentar  
in imu  
insequ

mus. Quæ sollempnia sunt Societatis hominibus in eo nautico cursu pietatis, demissionis, humanitatis erga omne hominum genus, hæc tantò minùs ab nostris omiſſa sunt, quòd ingentis momenti expeditio instituebatur, & præter Caluinianos nonnullos, iis præfectis vel sociis rei nauticæ utebamur, quos, nostræ consuetudinis ratione, omnino oportebat de Societatis Instituto rectiùs, quàm imbuti accesserant, imbui. Appellentibus nobis ad illius orbis littora nauigium, factus est obuiam Champlænius, cum cætera virtute, tum septenni iam illius maris nauigatione clarus, quem summo nostro stupore spectauimus aduersum glaciatas aquæ moles, ingentibus terræ collibus magnitudine pares, maximis animis, ac singulari industria & arte decertantem, interque illa pericula fortiter enauigantem. De Sancto-Laurentio, amne Canadensium maximo, scribit idem Champlænius in nauigationum commentariis, eius summas aquas tribus totis in imum vlnis congelari Ianuario, & infrequentibus mensibus duobus ab ostio sursum



furfum verfus, centum leucarum itinere, nec vltra procedere rigorem aquæ, cum tamen nulla pars fluminis, directo alueo ab occafu in ortum manantis, fit Aquilonibus altera propior, aut montibus ad apricationem teftior. Addit etiam, ineunte Aprili, foluta glaciei tanta vi, Sancti-Laurenti laxiffimum oftium congelatis molibus pæne obftroi, quas ait in altum mare longiùs prouectas, doudenis diebus, quotannis ferè liquari.

A P P V L S V S noftorum ad Francicum Sinum, Portumque Regium, in ante diem feptimum calendæ Quintiles, eundemque Pentecoftes facrum feliciffimo planè omine incidit. Nihil Potrincourtio accidere poterat allato comteatu opportuniùs, fi tamen is amplus effèt, vt quem rei anguftiæ coegerant, Barbaris partem familiæ alendam diuidere. Vt ne autem inftitutiores à comteatu veniremus, fecerat tum nauigij, fehexaginta dumtaxat doliorum, breuitas; tum plus instrumenti pifcatorij, quàm cibariorum in nauem immiffum; tum deniq; ab tricenis fenis capitibus, quot vehebamur,  
 grauior

grauior  
 quadri  
 trincou  
 bernio  
 eum pa  
 prouid  
 penuar  
 exhaust  
 tionis,  
 sibi onc  
 de Port  
 ragefim  
 Auguft  
 licto I  
 cohorte  
 deret.

No  
 partium  
 erat in  
 quam C  
 vnum e  
 docere  
 reliqua  
 genis,  
 fuetudin  
 itaque

grauior in nauticam penum illata folido  
 quadrimeftri labes. Quamobrem Po-  
 trincourtio fexaginta hominum contu-  
 bernio, tenuiffima re domestica, iam  
 eum pæne ipsis initiis opprimente, maturè  
 prouidendum fuit, ne Portus Regij  
 penuaria cella in fequentem hiemem  
 exhausta relinqueretur. Cuius procura-  
 tionis, vt familiæ patrem decuit, fumpto  
 fibi onere, ipfe in Galliam traiecturus,  
 de Porturegiensi multitudine pæne quad-  
 ragesimus medio Iulio foluit, exeunteque  
 Augufto Gallia littori appulfus eft, re-  
 lictò Biencourtio filio, cum reliqua  
 cohorte, qui Porturegiensi arci præfi-  
 deret.

NOSTRIS interea, quod fuarum  
 partium effet, enixè fatagentibus, cordi  
 erat in primis popularis linguæ cognitio,  
 quam Galli leuiter modò delibatam, fi  
 vnum exciperes, tradere præceptis, vfùve  
 docere non poterant; vt vna dumtaxat  
 reliqua effet ratio eius ab ftupidis indi-  
 genis, non institutione, fed affidua con-  
 fuetudine tandem exprimendæ. His  
 itaque, muneribus, comitate, atque  
 omni

omni officij genere conciliandis cum nostri nihil non tentassent, parum aut nihil permouerunt. Enimuerò, præterquam quod minimè idoneis ad disciplinam magistris utebantur, à quibus nihil expromeres, nisi affluenter antè saginato aqualiculo, & quos moræ, vel non diuturnæ, impatientissimos idemdem abs te abalienaret, auelleretque studiosa cuiusque rei percontatio: ipsa quoque linguæ conditio, idoneorum, ad res etiam vulgatissimas, vocabulorum indigentissima, nostrorum incensa studia destituit, & animos grauiter afflixit. Rerum scilicet, quæ sub aspectum, tactum, & reliquos sensus cadunt, ex Barbarorum responsis nomenclatio utcumqueprehendebatur: sed earum quæ sensuum vim fugiunt, summa est apud eam gentem appellationum penuria, & alta quoque rerum ignoratio. Posterioris autem generis desperata disciplina, cum neque priorem Barbari aut possent, aut vellent tradere; vna reliqua spes erat in adolescente Gallo, vernaculæ linguæ bene perito, eximia humanitate, & comitate,

comite  
non v  
Is era  
egregi  
Cham  
Franc  
center  
portu  
ad am  
volunt  
eius in  
diēdi  
Bienco  
ac rog  
venia,  
peregr  
ignora  
Franc  
quòd e  
nouaru  
Bienco  
tisper  
animo  
via su  
mater  
de gr

comitate, quem etiam Pater Biardus non vulgari beneficio sibi demeruerat. Is erat Pontgrauæus, Pontgrauæi filius, egregij viri superioribus annis cum Champlanio vices Domini de Monts in Francia Noua gerentis; quem adolescentem, decem & octo leucis Regio portu non longiùs, hiemare parantem, ad annem Sancti Ioannis, summa ipsius voluntate, nullius incommodo, nostri eius institutione Canadicum idioma erudiendi adire cuperent. Verumtamen Biencourtius eius profectiois consultus, ac rogatus etiam à nostris, vt, eius bona venia, proficere per Pontgrauæum in peregrino idiomate sibi liceret, cuius ignoratione, suæ nauigationis in Nouam Franciam fructu penitus exciderent: quòd ea communicatio cum Pontgrauæo nouarum rerum supicionem moueret Biencourtio, nihil impetrarunt. Tantisper ergo nostris has difficultates æquo animo tolerantibus, dum qua se aperiret via suo instituto conuenientior, Deus materiam non procul quæsitam subiecit, de grauiter ægroto Henrico Member-touio,

touio, Sagamo, bene merendi; & corporis, & animi eius diligenter curanda salute. SAGAMO apud eam gentem cuiusque populi præsēs appellatur: Sagamon verò agebat inter Souriquios, in Acadia, Membertouius, ad Aquilonare latus Porturegientis castelli, ad Sancti Ioannis flumen. Cùm tamen dysenteria cœpit tentari, degebat in *Baïa Mariana*, vt vocant, hoc est, in Mariano Sinu, Portum Regium inter, Meridianumque littus, vnde asportari se iusserat in arcem, vt medicorum nostrorum curatione vteretur. Angusta sua cellula eum nostri exceperunt, diebusque non paucis, absente ipsius coniuge, ac filia, diu noctuque, in grauissimo fordidi morbi fœtore, pro assiduissimis, & maximè sollicitis ministris ei libentissimè operam suam nauauere. Is vbi Confessione fuerat expiatus, Sacróque inunctus oleo, de sepultura sua egit cum Biencourtio, seque humari velle ait in maiorum suo sepulcro. Biencourtius, qui tanti rem esse non putaret, facillè assentiebatur; auditisque Patris Biardi contra suam sententiam

ration-

ration  
 censel  
 iano l  
 Memb  
 suo de  
 neque  
 & cur  
 dubiur  
 perstar  
 geret  
 turbar  
 huic n  
 postric  
 sponte  
 orum  
 morter  
 fidem  
 baris t  
 que E  
 omnia  
 rum r  
 cuius  
 Canad  
 tulisse  
 sibi iu  
 Ex oē

rationibus, occurri posse incommodis  
 censebat, si sepulcrum illud ritu Christi-  
 iano lustraretur; quæ Biencourtij opinio  
 Membertouium tantò constantiorem in  
 suo decreto cùm faceret, Pater Biardus  
 neque id se illis assensurum confirmavit,  
 & cur non assentiretur ostendit. Non  
 dubium erat, quin si Sagamus in consilio  
 perstaret, eiusque adstipulator fieri per-  
 geret Biencourtius, offensionis atque  
 turbarum inde quidpiam oriretur: sed  
 huic malo Diuina occurrit prouidentia;  
 postridie siquidem Membertouius sua  
 sponte postulauit commune Christiano-  
 rum cœmeterium, qua & in sententia  
 mortem obiit; uti scilicet hoc suo factò  
 fidem suam omnibus Christianis ac Bar-  
 baris testatam relinqueret, suffragiorum-  
 que Ecclesiæ fieret particeps. Magnus  
 omnino vir fuit hic Sagamus, non suo-  
 rum magis, quàm nostrorum iudicio,  
 cuius eximiam indolem supra vulgare  
 Canadiorum ingenium longè ideo ex-  
 tulisse visus est Deus optimus, ut hunc  
 sibi iustas eius gentis primitias legeret.  
 Ex octogenis ferè Nouo-Francis, quos  
 ab

ab ineunte Iunio anni fexcentefimi decimi, nulla planè imbutos catechefe, temere Baptifmo impertierat Ioffæus nescio quis, fûi muneris parum intelligens facerdos, vnus dumtaxat Membertouius, pro eo quantum fuos omnes populares fagacitate & prudentia longo interuallo anteibat, follerter dispexerat, quanti eflèt, Christianum non cenferi quidem, fed reipfa idoneis eo nomine præditum moribus viuere. Et certè reliquis omnibus de illo octogenario belluinum à Baptifmo viuendi morem perpetuò retinentibus, hic folus vt Christiano dignum erat, in multa etiam ignorantia, priufquam eò noftri adueniffent, vitam cum laude traduxit. Primus omnium de Nouo-Francis falutaribus afperfus aquis, earum vim potentiffimam ita fcilicet vilus efl combibiffe, vt ei nihil longius eflèt quā vt eos nāciferetur magiftros, quorum difciplina Christianis institutis eò vſque inſtrueretur, dum idoneus fieret, qui fuos inter populares Apoftolicum ageret doctorem. Ardentis huius defiderij locupletes teſtes noſtri, has voces

eius

eius  
Per  
Patre  
catis  
vos e  
docer  
iunct  
uerfa  
virum  
quo in  
ſuper  
tione  
Chriſ  
fecera  
fruge  
eo nu  
præfa  
teſtin  
florue  
robor  
telaru  
poten  
inter  
ſuper  
perpe  
baros

eius ex ore sæpenumerò exceperunt :  
 Per Deum immortalem, date operam  
 Patres, nostrum vt idioma breui perdis-  
 catis, vti vobis doctõribus vsus, sicuti  
 vos estis, ego quoque concionator, &  
 docendi magister euadã, nostrãque con-  
 iuncta opera Nouo-Francorũ gens vni-  
 uersã ad Christum traducatur. Hunc  
 virum, vix quindecim mensibus, ex  
 quo in Christianorum numerum venerat,  
 superstitem, paucis diebus nostra institu-  
 tione informatum, multæ tamen verè  
 Christiani ac pij animi virtutes illustrem  
 fecerant; quam scilicet tam vberem  
 frugem singulares probæ indolis dotes in  
 eo nuper, patriis etiam moribus viunte,  
 præfagierant. Omnium prouincialium  
 testimonio, quotquot multis antè sæculis  
 floruerant, Sagamos hic vnus animi  
 robore, muneris militaris scientia, clien-  
 telarum multitudine, frequentiaque,  
 potentia, & gloriosi nominis claritudine  
 inter suos, atque ipsos hostes facillè  
 superauit. Quem celebritatis splendorem  
 perpetuum non potuit, etiam inter Bar-  
 baros, nulla vllius rei doctrina imbutos,  
 consequi,



consequi, nisi ex certa fama, adeoque etiam notitia eximiae in eo vigentis aequitatis, atque temperantiae. De temperantia quidem eius, ut praeterea nihil afferri possit, luculentum sane fuit, sibi magnoperè moderantis hominis, documentum, perpetua in Membertouio monogamia, quo in genere solitarium verè phœnicem Nouo-Francia eum adhuc agnouit. Quod enim reliqui omnes indigenae, sed Sagami praesertim, ex vxorum multitudine stirpis numerosam feriem expetunt summooperè, atque sperant, suae utique potentiae singulare columnen ac firmamentum; id uti more gentis usurparet, adduci numquam potuit Membertouius, quòd altiore quadam, supra vulgus Sagamorum, sapientia perspiceret, grauiora inter discordes vxores, & earum liberos simultatum, sub eodem tecto, detrimenta existere, quàm emolumenta opum, & neutiquam consentientis potentiae. Sollemne est illi genti, ex superstitioso ritu, quod genus omnes habent praecipuum, demortuorum neminem suo vnquam nomine appellare, sed aduenti-

aduent  
quo cu  
dum d  
Memb  
nuper  
ibus no  
torem

P o  
pater,  
comme  
erant n  
familia  
cibario  
erat; i  
quios,  
Indici  
tionem  
Gallica  
hiberna  
turus.  
Ioannis  
diuerte  
reliqui  
geret  
eum m  
discord

aduentitium cuius, ex re nata, indere, quo cum perpetuo inter commemorandum denotent: quo ex more Henricum Membertouium ab virtutibus bellicis nuper clarissimum, congruenti eius laudibus nomenclatione, Magnum Imperatorem, suo idiomate, nuncuparunt.

POTRINCOURTIVS Biencourtij pater, in Galliam mense Iulio nauigarat, commeatus summittendi gratia, cuius erant magnæ angustiae in Porturegiensi familia, Octobri mense insequente, cibariorum tamen nihil è Gallia missum erat; idcirco Biencourtius ad Almochiquos, Choüacoetij fluminis accolas, Indici milij copiis abundantes, nauigationem, comite Patre Biardo, instituit, Gallicarum mercium permutatione ad hibernam aliquam annonam frumentaturus. Sed quòd ex itinere ad Sancti Ioannis flumen, trans Francicum Sinum diuerterat, vt ex adolescente Pontgrauæo, reliquisque Maclouiensibus quintas exigeret Canadicæ negotiationis, diutiùs eum morantibus subortis cum ea familia discordiis, tempore frumentationis pane exclusus

exclusus est, ad quam deinde cùm est reuersus, Barbarorum delusus fraude, qui spem frumentariæ permutationis fecerant, vacuus in Portum Regium renauigauit. In ea excursione feliciter obtigit Patri Biardo, vt Pontgrauæo conciliaret Biencourtium, sicuti nuper Potrincourtium eidem infensum placauerat, & vt Merueillæo item Maclouienfi, de salute, ob nescio quas suspiciones, periclitanti grauiter, eadem pacificationis opera, vitam assereret; quo suo factò vtrumque sibi magnopere deuinxit. Nostro Sacerdoti demeritos esse beneficiis homines huiusmodi, cum ob cætera multa, tum ob id in primis opportunè accidebat, quòd eorum opera fideli, ac utili esset vsurus in disciplina Canadicæ linguæ, quam Pontgrauæus callebat egregiè, si dies aliquot vnà viuere, aut certè frequentius congregari liceret. Id certè, vt Pater Biardus nō expeteret, quod expetebat, ipsi vltro ambiebant, delato ei perhumaniter suo contubernio; quibus in præsentia Pater egit gratias, habuitque, rogatis tamen, vt sibi hanc benign-

benig  
quo h  
decer  
fertim  
court  
Quin  
modò  
tium  
ventu  
supple  
loco  
dimit  
texen  
uener  
simæ,  
nisi ei  
& inic  
Patris  
deiect  
ad oti  
adactu  
uemb  
penu  
& que  
tione  
interc

benignitatem, in id tempus referuarent, quo bene vii fas effet; tunc enim haud decere Biencourtium, in periculosa præfertim nauigatione, ab se desereri. Biencourtio deinde redeunti ex irrita illa Quinibequiensi frumentatione, quam modò indicauimus, cùm ad Pentegoe-tium amnem, & Sanctæ Crucis insulam ventum esset, suadere conatus est, immo supplex fuit Pater Biardus, vt se inde, loco ex propinquo, ad Pontgrauæum dimitteret, Canadici catechismi contexendi causa, quod inter eos antè conuenerat. Huic postulationi, licet æquissima, is cuius nihil planè intererat, non nisi eis conditionibus assensus est, quæ & iniquissima, & nequaquam in potestate Patris essent. Quamobrem facultate deiectus idiomatis vernaculi condiscendi, ad otiosam pæne vitam in arce degendam adactus est, ingenti sua molestia. Nouembri exeunte, iam ferme exausto penu, nulli nuncij afferebantur è Gallia; & quod reliquum esse poterat ab venatione subsidium, niuibus obsitū solum intercipiebat; vt ex parsimonia petendum esset

esset vestigal, quò plures in dies annona sufficeret. Demensum igitur cuiuslibet è familia, in quamque hebdomadam, ad denas panis vncias, lardi selibram, pisi aut fabæ ternas scutellas, & prunorum vnam denique redierat. Atque tametsi familia vniuersa eo commeatu, quem nostrum è Gallia importaueramus, vitam tolerabat, nihil nobis liberaliùs, quàm cuiuis de calonibus eo tempore indultum est, neque vt indulgeretur, optauimus, quamquam nebulo quidam, scripto in Gallia edito, non est veritus multa secus per summam impudentiam & calumniam diffeminare. Ad nonum calendas Februarias, anni sexcentissimi duodecimi, tenuerunt cibariorum angustia, quem ad diem in Portum Regium inuecta est nauis cum mediocri admodum annona, Domina Guercheuillæ sumtibus emta, & transmissa. Mille aureos nummos, ex pacto societatis cum Robinio & Patribus Canadiensibus initæ, contributos hæc pia matrona numerauerat Roberto du Thet, fratri nostro, coemendis transmittendisque Porturegiensi contubernio cibariis;

cibar  
nosfr  
todei  
graph  
ficqu  
anno  
neque  
illata  
admin  
tit in  
erant  
collib  
Gilbe  
plerac  
vidit,  
prafu  
referr  
Bienc  
qui m  
in nau  
ceretu  
omni  
à sing  
Bienc  
sepius  
nihil

cibariis; sed eorum quadringentis fratrem nostrum, non satis cautum depositi custodem, Potrincourtius oblata suæ syngraphæ cautione, confestim emunxit; sicque res tota rediit ad sexcentos, unde annona nobis exigua conflaretur. Sed neque tot aureorum cibaria in nauem illata sunt, nam Potrincourtij naualis administer partem coemti frumenti auertit in Gallia, & eorum quæ aduecta erant, Porturegiensi Societati quantum collibuit, nec amplius, reddidit. Noster Gilbertus du Thet, cuius in oculis horum pleraque commissa erant, postea quam vidit, ab eo qui annonæ transfuehendæ præfuerat, nullas acceptorum rationes referri, assumpto Patre Biardo, apud Biencourtium egit modestè, ut ab eo, qui mandato parentis eius, pro magistro in naui gesserat, acceptorum ratio reperceretur: interesse siquidem nauticorum omnium sociorum, ut constaret, quantum à singulis expensum acceptumque esset. Biencourtius quidem & tum, & deinde sepius est professus, nihil moderatius, nihil æquius postulari à quoquam potuisse: nihilo

nihilo tamen minùs, quasi à nostro atrociter infimularetur Simon Imbertus, cuius fides in eo negotio desiderabatur; ita illius postulata isti de pinxit, vt eum nobis infensissimum faceret. Imbertus ergo vt Biencourtium sibi conciliatum à nobis abalienaret, seque referendæ rationis necessitate absolueret, malignè interpretatus consilium Dominæ Guercheuillæ, quæ paciscendæ societatis cum Robinio ansam captauerat, vt Missionis nostræ rebus tantò certius caueret; fraudulenter cauillatus est, per causam eius societatis intendi machinā, qua Biencourtiorum nomē Porturegiensi arce, atque vniuersa Noua Francia detrudetur. Ex hac calumnia illæ Biencourtij similitates extiterunt, quibus factum est, vt nostrorum opera Nouo-francis populis, quin & ipsis quoque Gallis nihilo ferè quam isti minùs egentibus institutione, deinceps esset inutilis. Calumniatoris mendacia facile fuit nostris diluere, & semel, iterum, ac tertio tam apertè ac validè apud Biencourtium, audiente vniuerso contubernio, dilue-

runt;

runt;  
adactu  
sandæ  
sibi l  
nos ca  
acriter  
batur  
courti  
imper  
ad F  
Guerc  
cōcessi  
quidqu  
in ead  
public  
Atque  
ribus g  
in nos  
Guerc  
princip  
freno  
que, p  
nos pa  
grati,  
autem  
here.

runt; vt postrema refuratione ad infantiam  
 adactus Imbertus eò deueniret, vt excu-  
 sandæ noxæ gratia profiteri non vereretur,  
 sibi largiter temulento illas aduersum  
 nos calumnias excidisse. Biencourtium  
 acriter pupugerat nuncius, quo affere-  
 batur, etiam conscio parente suo Potrin-  
 courtio, vniuersæ Nouæ Franciæ ius  
 imperiumque à maximo amne Sacquéo  
 ad Floridam, Portu Regio demto,  
*Guercheuilleæ* Regio diplomate esse  
 cōcessum eidémq; à Domino de Monts,  
 quidquid Henrici Quarti beneficio nuper  
 in eadem ora possedisset, id omne tabulis  
 publicè consignatis esse transcriptum.  
 Atque, vt non putaret, hæc nobis aucto-  
 ribus gesta esse, perinde tamen postea  
 in nos affectus fuit, quasi credidisset.  
 Guercheuilleæ quidem mens, fuit huius  
 principatus sui reuerentia, velut potenti  
 freno iniecto, Biencourtiorum vtrum-  
 que, patrem & filium, fidei hactenus in  
 nos parum sinceræ, animique minus  
 grati, suo in officio continere; nihil  
 autem de Porturegiensi iure ipsis detra-  
 here. Sed sui nimio plus amantes homi-  
 nes



ines alienam in re propria cautionem, suam iniuriam interpretabantur: quòd tamen res iis esset angusta domi, nec viderent vnde commodiùs cella Porturegiensis instrui posset, quàm à Guercheuillæa in gratiam nostrorum Patrum, ne hac annona exciderent, suum dolorem taciti concoquebant. Nostrorum facilima fuit apud Biencourtium purgatio, quam cum accepisset in præsentia, reconciliatis animis Patres ad institutum Canadensis idiomatis condiscendi magnis animis reuersi sunt, partitis inter se prouinciis, vt Pater Massæus ad Ludouicum Membertouium, Henrici vita functi filium, eius rei causâ demigraret; Pater Biardus magistrum eius linguæ domi Barbarum sibi adhiberet. Patri Massæo ad Sancti Ioannis flumen apud hospitem, cum adolescente Gallo socio degenti, ex diuturna inedia, & Nomadicæ vitæ continentibus vexationibus, accidit grauis ægrotatio, qua tantum non confectus ad vltima delaberetur, inter quem morbum Membertouio cum hospite Patre accidit ridicula planè, ac Canadico ingenio digna

digna  
scilicet  
vultus  
valdè  
verba  
morer  
scribe  
ad tuu  
trucid  
funtur  
residea  
fæus:  
impru  
mea in  
riorque  
tamen  
litteras  
eximan  
sponso  
sopore  
ore, a  
propiti  
eruat,  
confera  
Pater,  
me hic

digna sermocinatio. Ad decumbentem scilicet Patrem is adiit, ut quidem eius vultus præferebat, Patris acerbo casu valdè sollicitus ac mœrens, quem in hæc verba compellauit. Audi me, Pater, moreris omnino, ut ego quidem auguror: scribe igitur ad Biencourtium, itemque ad tuum fratrem, te à nobis nequaquam trucidatum occubuisse, sed morbo consumptum, ne qua in nobis tui obitus noxa resideat. Cui contrà retulit Pater Massæus: Non committam, ut quod mones, imprudenter ad meos scribam: ne tu ex mea imprudentia factus audacior, securiorque violentas manus afferas, nihilò tamen minùs innocentiae testes meas litteras apud te habeas, quæ te noxa eximant. Inexpectato, & arguto responso perculsus Barbarus, quasi ex alto sopore mox ad se rediit, atque renidenti ore, ait: Iesum igitur tuis precibus tibi propitium facito, ut te periculo mortis eruat, ne quis in nos tui occasus culpam conferat. Illud ipsum curo, inquit, Pater, desine esse sollicitus, nec enim me hic morbus exhauriet. In Porture-

gienti

gienti quiete Pater Biardus interea doctore Barbaro utebatur ad condiscendam barbariem, quæ se idoneum Euangelij præconem in rudi admodum gente præstaret: cui doctori quamdiu habuit unde mensam insterneret, eius facili, vtilique opera profecit, sed discendi docendique cursum post aliquot hebdomadas inhibuit penus inopia. Cuius angustiis quoque prohibiti sunt nostri, ne quattuor Barbaros, quos Pater Biardus & Biencourtius in maritimo discrimine, ipsis Barbaris ratum votum habentibus, futuros Christianos vouerant, si è præsentis naufragio incolumes euaderent. Erepti periculo cum ad Regium Portum appulissent nauem, non fuit in cella unde alerentur Barbari, quoad idonea Catechesi essent imbuti, qua destitutione affectis nobis rei bene gerendæ occasio periit, nec postea rediit.

IN Nouembrem eius sæculi annus duodecimus iam processerat, cum exigua cibaria superiore Februario allata, aut absumpta penitus, aut tenuissimis arcta reliquiis Biencourtium valdè anxium habe-

habe  
Galli  
post  
sum  
tritic  
futu  
nam,  
rebus  
Bienc  
quoti  
ipsoq  
dome  
temp  
tes,  
tamet  
vectig  
nulla  
tus,  
autem  
ad pi  
abera  
piscat  
igitur  
lucule  
quasi  
appel

habebant: sed eò maximè, quòd ex Galliis naus nulla veniebat. Nostris, posteriore Februarij mensis comœatu, summissa fuerant priuatim quaterna puri tritici dolia, vnumque hordei, quæ in futurum sibi seposuerant; quam annonam, accisis communibus contubernij rebus, conferendam in medium rati, Biencourtio eam permiserunt, vt in quotidianos familiæ totius vsus diuideret, ipsosque in diurno demenso cum cæteris domesticis æquaret. Eo subsidio ad tempus subleuatæ sunt publicæ necessitates, sed in tota hiberna multitudine, tametsi non numerosæ, tenuius id fuit vectigal, quàm pro soli conditione, nullam frumentationis, incertam venatus, piscatusque spem offerentis. Vt autem dierum tempestiuitas omnis adesset ad piscatum, locorumque opportunitas: aberat tamen necessarium ad hanc operam piscatorij lembi instrumentum. Cæteris igitur contubernalibus hiberna solatia ex luculento foco segniter capeffentibus, quasi oblitis suam penuriam, nostri appellunt studium, operamque ab' linc-  
trem

† Rectius "ad."

trem fabricandam. Eis ad eiusmodi opus accinctis, suspicere, demirari vniuersum contubernium, quid moliantur homines à fabili arte, ab armis fabrilibus, à materia tam imparati: apud focum de tam nouo instituto multa verba facere, subitarios Argonautas dicteris figere: sed nostri ab opere nequiquam discedere, rem vrgere. Medio Martio, stupentibus suis irrisoribus, nostri lintrem in aquam deducunt, fluminum ac maris ipsius patientem, nec verentur adolescente famulo atque alio contubernium comitibus, aduerso flumine, Sinum Francicum influente, in siluas ad glandem Chiquebiamque radicem legendam contendere. *Chiquebi* radix est illius oræ præcipua, nostris tuberibus haud absimilis, sed vescentibus iucundior ac vtilior, cuius multiplices bulbi, tenui filo catenati, sub summa terra nascuntur. Sed omnia eius radicis cubilia iam à peritis locorum Barbaris delibata nostri leguliprehendebant, vt multa indagine, quilibet eorum eius cibi vnum diarium vix sibi quæreretur. Ab hac glandaria,

glandaria  
quidem  
*Eplan*  
altius  
promoc  
piscicu  
nitudin  
vulgus  
Aprili  
riuos  
operan  
quattu  
freque  
piscatu  
cetero  
generi  
captan  
idoneu  
contra  
nostri  
vel re  
amplif  
nisi pa  
I n  
auctori  
que tē

glandaria, bulbariaque messe, quando-  
quidem eius leue fuit momētum, *ad*  
*Eplani* piscatum studia conuertentes,  
altiùs versùm amnis caput nauigium  
promouent. *Eplanus*, seu *Epelanus*, est  
pisciculus Trichiae Rothomagensis mag-  
nitudine, hoc est eius, quem *Sardinam*  
vulgus appellat, qui mari egressus ineunte  
Aprili, magnis agminibus dulcis aquæ  
riuos subit, vbi fundendis ouis feturæ  
operam det, cuius ingens est copia,  
quattuor leucis à Porturegiensi statione,  
frequentibus riuorū alueis. Eplanici  
piscatus laborem exceptit Halecis, ac  
cæterorum seu fluuiatilis seu marini  
generis piscium præda, prout cuiusque  
captandi se dabat & tempestas, & locus  
idoneus, ad Maium vsque mensem; sed  
contrà quàm maximè omnium vellent,  
nostri piscatores, Euangelij vel hamo,  
vel reti capiebant homines, in longè  
amplissimo Canadiorum Oceano, non  
nisi paucissimos.

INTEREA tēporis in Gallia Reginae  
auctoritas interponebatur, vt primo quo-  
que tēpore Porturegiēsi seruitute libera-  
remur,

remur, nobis vti liceret, in quolibet Nouæ Franciæ tractu, aut patrium idioma perdiscere, aut quod iam didicissemus nostro iure, nullius exspecta venia, inter Barbaros exercere. In eam rem igitur Regio diplomate instructi Sociorum duo, Pater Quintinus, & qui antè in Galliam renaugarat è Portu Regio, Gilbertus du Thet Nouo-Frācicum littus, anno sexcentesimo decimo tertio, medio Maïo incolumes lætique tenuerunt. Diplomate cauebatur, vti liceret nobis nouū domiciliū comodo loco ædificare, ac idoneam familiam domicilio tuendo habere, ad cuius instructum annua tricentū capitum cibaria, equi prætereà, capræ, ac cætera id genus largiter summissa erant. Ad vim quoque propulsandam instrumenti bellici, & commeatus nonnihil, militaria item quattuor tabernacula, quibus tegeremur, dum muri affurgerent nouæ domus, Reginae beneficentia accesserant. Sauffeius militari titulo imperioque domesticæ cohorti, domicilio ædificando, eidemque instructo, ac munito præfutura erat, vti  
 nihil

nihil  
 fedes  
 confisi  
 appell  
 contul  
 cætero  
 Heber  
 sent, c  
 nobis  
 collect  
 tione,  
 Noren  
*desquit*  
 nautis  
 gium  
 exscen  
 locum  
 collibu  
 hæfisse  
 ex fau  
 se pact  
 longiū  
 conten  
 nis Ba  
 præ K  
 eam fe

nihil deesset ad ingruētes casus, quin sedes familiāque omnis facta tectaue confisteret. His in Regium Portum appellentibus, quini tantum de toto contubernio aderamus, absente inter ceteros Biencourtio, cuius vices obeunti Heberto cū Reginae litterae lectae fuissent, quibus dimitti iuebamur, nostras nobis licuit colligere sarcinas, quibus collectis post biduū Porturegiensi statione, ad nouas sedes collocandas in Norembegenſi regione ſoluimus. *Kadesquitum*, Norembegæ oræ portus, nautis edicebatur ex pacto, vt eò nauigium appellerent, vnde vniuerſa familia exſcenſionem faceret, futuri domicilij locum auſpicatò captura in proximis collibus; ſed cū in propiore portu hæſiſſent, cui à Sancto Saluatore nomen, ex fauſto euentu, indidimus, aſſerebant ſe pactam fidem abunde exſoluiſſe, neque longiùs curſum prouecturos. Inter eam contentionem ſermo incidit cum indigenis Barbaris, quibus ſuam oram mirificè præ Kadefquito collaudantibus, & ad eam ſedem deligendam magnoperè hortantibus,



tantibus, eius explorandæ cupido nobis incescit; qua explorata, impensèque probata ab omnibus, totius multitudinis eò incubuit animus, vt opportuno in colle area excitando ædificio designaretur. Loco itaque inaugurando Crux erigitur, solum exstruendis ædibus describitur, iaciendis fundamentis terra effoditur, eodem nomine, quo subiectus portus, nascens tenuibus exordiis domus Sanctus Saluator appellatur. Saussëio cohortis Duci rusticæ rei tam acris cura principio infederat, vt id vnum cogitaret, cætera negligeret omnia, exque nimio agriculturæ studio, magnam familiæ partem ab opere fabrili ad rusticum sevocaret. Mottæus Saussëio Legatus, Ronseræus Signifer, Ioubertus ordinum Instructor, cæterique de Cohorte primores erant in ea sententia, omnibus reliquis posthabitis curis, ædificandum esse domicilium, eoque conferendas vniuersæ cohortis operas, quoad aduersum hostilē vim munitionibus cinctum, tutò habitari posset. Quamobrem ægerrimè ferebant, contubernalium plerosque ab ædificando abductos

abdu  
apud  
omni  
nem,  
conue  
varian  
instit  
cuiusm  
dum c  
alioru  
tendur  
bus di  
Quam  
cioru  
cultui  
Deus  
uisse n  
A n  
niam c  
nus F  
explor  
tertio  
gerat.  
Florid  
tricefi  
dibus

abductos arationibus ab Sauffeio adhiberi, apud quem vehementer instabant, ut omnium manus & studia in ædificationem, vtilius in præsentia vtique negotium, conuerteret; sed furdo caneatur. Ita variantibus procerum sententiis atque institutis, exoriebantur contentiones, cuiusmodi solent inter dissentientes nasci, dum quod quisque optimum censet, id aliorum consiliis atque cæptis præuertendum putat: fiebatque ut altercationibus dies ab opera inanes traducerentur. Quam inertiam, & discordantium iudiciorum obstinationem, rei Christianæ cultuique Diuino in ea ora valdè infestam, Deus visus est improuiso infortunio voluisse multare.

ANGLI paucis abhinc annis Virginiam occuparunt, quam Ioannes Vezaranus Francisci I Gallorum Regis auspiciis exploratam, quingentesimo vicesimo tertio anno sub eius iurisdictionem redegerat. Eadem ipsa est continens inter Floridam Nouamque Franciam, quam tricesimo sexto, septimo, & octauo gradibus substratâ, *Mocofæ* nomine? veteres designa-

designarunt, ducētenis quinquagenis leucis verſus Occaſum ab Sancti Saluatoris ſtatione diſſitæ. Ex Ieutomo arce, quam egregiè munitam, & præſidiario milite inſtructam inibi octauo ab hinc anno habent, quotannis æſtiam nauigationem inſtituunt ad Peucoitiarum inſularum cetarias, piſcariæ annonæ in futuram hiemem comparandæ. Eò cùm deueherentur huius anni æſtate, inciderrunt in eas cæli caligines, quæ huic mari denſiſſimæ ſolent per eos meſes incubare, in quibus dum incerti locorum diutius hærent, frequentibus eos trahentibus æſtuariis, paullatim noſtrū in littus delati ſunt, haud procul portu Sancti Saluatoris. Inde Barbarorum imprudentia lapſorum indicio, qui eos pro fœderatis Gallis ſumerent, didicerunt Gallicam nauem in proximo portu verſari, atque illam quidem neque grandem, neque à numeroſis epibatis, neq; ab æneis tormentis validè inſtructam. Eo nuncio nihil opportuniùs accidere poterat hominibus ſeminudis, & cibariorum copia exhaustis, quos præter hanc inopiam,

piam,  
dæ m  
dirept  
ſponte  
ius na  
Arma  
ſtruct  
portu  
Barba  
fueran  
Anglo  
ſuum  
deliqu  
multo  
crebre  
venia  
laribu  
interp  
Nos  
amico  
in no  
fereba  
cùm  
explo  
tamen  
locus

piam, infita rapiendi cupiditas, & præ-  
 dæ maioris opinio, quàm quanta ex  
 direpto nostro nauigio poterat cogi, sua  
 sponte ad vim inferendā, etiam contra  
 ius naturale ac gentium, accendebant.  
 Arma igitur expediunt, passis velis, in-  
 structa acie, directo cursu in nostrum  
 portum inuehuntur. Quibus argumentis  
 Barbarus ille, cuius maximè indicio  
 fueramus proditi, cùm hostilem in nos  
 Anglorum animum collegisset, tum  
 suum errorem agnoscere, & quod in nos  
 deliquerat, quibus se crederet gratificari,  
 multo detestari fletu, quem fletum deinde  
 crebrò integravit, cùm à nobis errati sui  
 veniam peteret, & à Barbaris ipsis popu-  
 laribus, qui nostrū casum, suam iniuriam  
 interpretati, sæpe illi manus intendarunt.  
 Nos interea ancipiti opinione suspēsi,  
 amicos an hostes censeremus, quos rectā  
 in nostrā stationem secundus ventus in-  
 ferebat, euentum trepidi opperiebamur,  
 cùm nauigij gubernator scapha vectus ad  
 explorandum obuiam processit, longo  
 tamen circuitu, ne non esset receptui  
 locus, maximè quòd is aduerso, illi ob-  
 secun-

secundante vento vterentur. Sed explorato nihil fuit opus, classicum canentes inuehebantur, tela eatenus modò inhibentes, dū ea ex propinquo liceret adii cere; atque ipsos nauis defensores sigillatim destinare. Quattuordecim grandioribus tormentis, catapultis verò maioris modi, *Mosquetos* vocant, sexagenis, impetu facto in nauigium nostrum, non sublatis anchoris ad motū inhabilem, decem modò propugnatoribus instructum, ærearum cannarum absente libratore, non multæ operæ fuit illius, atque omnium nostrūm expugnatio, quos in continente Saussæius distinerat. Gilbertus du Thet noster propugnatorem in nauī agebat, cū ab hostibus funestarum glandium tempestas maximè ingrueret, qua in procella confossus letali plaga, chirurgi Angli Catholici multa licet diligentia curatus, postridie Sacramentorum opportuno solatio adiutus, religiosa morte occubuit. Nos verò vniuersi in potestatem Hæretici Angli veneramus, qui vt erat insigniter versutus, clam subducto ex Saussæij capsis Regio diplomate,

mate  
Franc  
præda  
cum a  
institi  
colon  
Saus  
atque  
serini  
capsis  
iustus  
vbi ve  
suisqu  
diplom  
vbi m  
Anglu  
comp  
tios,  
rere,  
tram  
deniq  
autem  
exorfi  
que  
noxæ  
nisi m

mate, cuius fide nostræ colonix Nouo-Francicæ tota ratio nitebatur, vt ne prædatoris more, sed æquo iure, nobiscum agere videretur, Saussæium vrgere institit, vti probaret, cuius auctoritate coloniam in Canadiæ oras deduxisset. Saussæius vbi Gallorū Regis voluntatem atque diploma laudauerat, quod se in scriniis luculentum habere diceret, allatis capsis, cuius clauēs adhuc seruauerat, iussus est illud expromere; sed ad capsas vbi ventum est, cætera omnia integra, suisque locis digesta agnoscebat Saussæius, diploma tamen non comparebat: quod vbi nullum proferebatur, tum Prætor Anglus vultu ac voce ad seueritatem compositis, vehementer offendi, fugitios, & meros piratas nos omnes afferere, dignos nece prædicare, rem nostram militi suo diripiendam tradere, nos denique hostium loco habere. Quod autem facinus Angli ab summa iniuria exorsi fuerant, videbantur maiore quoque iniquitate pertexturi, vt prioris noxæ memoriam posteriore obruerent, nisi maturè obuiā iretur. Quare Prætorē nostri

nostri adeunt, se, adhuc ignorantibus qui essent, ingenuè aperiunt, ne imbelli victoria elatus de contubernio suo statuat seuerius, obsecrant; humanæ conditionis uti meminere, studiosè admonent: quàm benignè suis rebus vellet consultum, ubi similis ipsum perculisset casus, tam humaniter alienis consuleret: in primis autem consideraret sibi rem esse cum innocentissimis hominibus, quibus nihil noxæ obici posset, quàm ab sua innocentia in pacato solo fuisse nimium seculos. Comiter admodum sunt auditi à Prætoribus, atque honorificis accepti verbis, id vnum dumtaxat non probante, quòd Patres Societatis, ab religionis & prudentiæ fama benè vulgò audientes, in fugitiuorum & prædonum turba verferentur. Contubernij verò sui vniuersi cum cæteram probam vitam, tum in eo, quo de agebatur, summam innocentiam cum nostri validis probassent argumentis, visus est Prætor, assensionem præbuisse, atque id modò habuisse, quod in nobis argueret, negligentiam in seruando nostræ expeditionis diplomate. Ab eo igitur

igitur  
habui  
mens  
scrup  
remig  
rat, c  
illum  
cunde  
magis  
nauin  
gum  
certè  
adiit  
que a  
tionib  
Patre  
alien  
homi  
haber  
ipfor  
ipfius  
sumt  
lixè g  
remq  
in se  
nihil

igitur tēpore Patres nostros perhumaniter habuit, atque honorificè in omnibus, mensāque benignè accepit. Vno interea scrupulo angebatur, quòd cum parte remigum gubernator nostræ nauis euaserat, cuius fuga, & rei gestæ nuncius per illum allatus, ne quid incommodi aliunde sibi arcesseret, verebatur, eoque magis, quòd ille de nocte scapha sua ad nauim captiuam appulsā, reliquam remigum manum inde subduxerat. Hic certè gubernator, tametsi Calvinianus, adiit de nocte ad Patrem Biardum, eiusque apprehensā manu, multis obsecrationibus adhibitis, iussit eum cæterosque Patres de se, quantumuis fide ac ritibus alieno, omnia Christiani ac popularis hominis officia exspectare, ac persuasum habere, nulli rei defuturū, quæ salutē ipsorum spectaret: vterentur modò liberè ipsius opera, viderētque quid animi sumturi essent ad fugā capescendā. Prolixè gratias egit Pater Biardus, memoremque se futurum spopōdit tam studiosè in se ac suos voluntatis: de se autem ait nihil se statuere, quoad totius contubernij

res



res tuto loco positas videret, tum sui arbitrium Deo permiffurum: caueret interea ipfe fibi gubernator, Prætozem quidpe Anglum omnia moliri, vt eum comprehenderet. His monitis ille inſtructus, vt fui difceſſus opinionem Anglorum animis ingeneraret, quaſi receptus ad notam Gallicam nauem captandi cauſa feſtinaret, per ipſa frementium Anglorum ora intrepidè, ac inſultantis ore voceque, triduo poſt, ſcapham traduxit, longioreque ſimulato curſu, ponè vicinam inſulã flexit iter, ibique delituit noſtræ captiuitatis euentum obſeruaturus. Nobis verò inter dubiam aut necis aut ſeruitutis aleam fluctuantibus, cùm apud notos Barbaros increbuiſſet noſtræ calamitatis fama, frequentes ad nos ventitabant, magnopere miſerantes noſtrum infortunium, & ſuarum fortunarum tenuitatem in ſequentem annum totum, ſi apud ſe reſtare vellemus, officioſiſſimè deferentes. De nobis tamen Argallus Prætor Anglus, & ei Legatus Turnellus mitiùs cogitauerant, in ſpeciem certè, quàm rebamur initio: pacti nempe

cū

cū Sa  
noſtr  
condi  
differ  
ginta  
linter  
etiam  
conce  
rat Sa  
teſtati  
quæ r  
Noſtr  
pericu  
impet  
cymb  
Pater  
ad inſ  
trafici  
cætera  
Virgin  
tera ig  
in Ga  
ſcendi  
ignara  
cui D  
num

cū Sauffæio coloniæ nostræ Duce fuerant nostrum in Galliam reditum : sed reditus conditiones erant eiusmodi, quæ parum differrent ab certa nostra pernicie. Tringinta capitibus quot censēbāmur, vnus lint̄er dumtaxat, haudquaquam omnium, etiam densissimè stipatorum, capax, concedebatur, hasque cōditiones acceperat Sauffæius, quin chirographo suo erat testatus, hanc suam fuisse optionem, quæ reuera erat optio certissimi naufragij. Nostri tamē euicerunt, vt ne præsens periculum adiret vniuersa simul turba, impetratumque est, vt quindenī modò cymbæ imponerentur, quorum vnus esset Pater Massæus, duo reliqui Patres delati ad insulas Peucoitias Anglis piscatoribus traiciendi in Galliam commendarentur: cætera pars contubernij, quæ libens in Virginiam ibat, eò deportaretur. Altera igitur pars contubernaliū nauigatura in Galliam Sauffæio duce lintrem conscendit, locorum, & maritimæ artis ignara, nauticis præterea tabulis destituta, cui Deus in tempore summisit Caluinianum illum naus gubernatorem, valdè intentum

intentum in popularium fuorum obseruandos casus, vt si qua posset via, ipsorum aduersis rebus opem ferrer. In continentem exscenderat, & Canadico cultu atque more, quasi vnus è Barbaris, tota ora maritima ferebatur, res nostras exploraturus, cùm opportunissimè incidit in proficiscentem lintrem, qua exceptus, valdè idoneum ducem hæsitantibus se præbuit, suamque cymbam & remiges quattuordecim eis socios viæ ac laborum adiunxit. Eorum penuriam, quoad inuentæ essent Gallicæ naues, opimus piscatus bis subleuauit; varius item Barbarorum in ea ora occurfus, quorum Ludouicus Membertouius lauta visceratione Orignacij famelicos accepit; Rolandus, & alij Sagami panis nonnullam copiam, alij piscium volucrumque non exiguam annonam beneuolentissimè diuiserunt. Omnium verò benefactorum id fuit iucundissimum, quod Rolandus Sagamus admonuit, in propinquo littore ad Sesambraëm, & Passepecum portum versari geminas naues reditum in Franciam adornantes. Eò cùm citissimè cursum

sum  
adfu  
missi  
Brita  
louic  
Mas  
Mag  
man  
acce  
& Q  
vt in  
pisca  
depo  
in V  
tuan  
essen  
cont  
Præ  
fidij  
quid  
strue  
in n  
qui  
mer  
cùm  
essen

sum direxissent duæ lintres, opportunè  
 adfuerunt, antè quàm solueretur, ad-  
 missique omnes, velis factis in Franciam  
 Britanniam, salui & incolumes Mac-  
 louiense oppidū tenuerunt, vbi Pater  
 Massæus singulari Maclouiensis Antistitis,  
 Magistratum, oppidanorumque hu-  
 manitate ac beneficentia liberalissimè  
 acceptus est. De Patribus autem Biardo  
 & Quintino, vti diximus, conuenerat,  
 vt in insulas Peucoitias transfuecti, opera  
 piscatorum Anglorum inde in Franciam  
 deportarentur: sed mutata pòst sententia,  
 in Virginiam sunt destinati, cùm in cap-  
 tiuam nauem cui Turnellus præerat,  
 essent impositi cum aliis quinque de  
 contubernio. cæteris octo sociis in Argalli  
 Prætoriam ingressis. Virginien-  
 sis præsidij præfectus de captiuis Iesuitis nescio  
 quid inaudierat, eisque diras cruces  
 struebat, cuius decreti nuncius ad nostros  
 in naues & ad cæteros captiuos aduolarat,  
 qui nonnullis nocturnam quietem ad-  
 meret, nec ille quidē inani rumore nixus;  
 cùm enim ad Virginiam naue appulsi  
 essent nostri, eius furori destinabantur.

Argallus

Argallus autem, qui fidem suam nostris obligasset, ut suo nomine ac genere dignum erat, intrepidè acriterque Præfecto suppliciiis nostros addicenti obstitit, seque incolumi captiuis suis nihil periculi futurum asseueravit: Præfecto tamen institutum suū obstinatiùs tenente, Regium diploma, quo nostra colonia in Nouam-Frāciam deducebatur, protulit, cuius auctoritate repressus Præfectus ultrà tendere non ausus est. Coacto postea concilio, cùm de re tota deliberaretur accuratiùs, ab omnibus itum est in eam sententiam, ut Argallus cum triplici instructa naue in Nouam-Frāciam Iesuitas reduceret; eos inde cum certis captiuis in Galliam transmitteret; Saussæium, & eius cohortem militarem, quæ in Porturegensi arce præsidere, falsò tamen, dicebatur, in crucem ageret; Gallorum omnia domicilia diriperet, ac solo æquaret. Reditum est igitur in Nouo-Franciæ oram Gallis habitam, ubi Sanctæ Crucis, Regij Portus arces defensoribus vacuas spoliauit, & incēdit, omnia Gallici nominis monumenta deluit, Britan-

nici

nici  
in A  
His  
bis p  
quòd  
in Po  
ment  
fuisse  
eorum  
ad p  
præte  
eum  
ter at  
Arga  
R  
Virgi  
uemb  
tio,  
cissim  
diuer  
Præto  
minor  
vecto  
alia c  
fideba  
dieru

nici aliquot locis inscripsit, oram omnem in Anglici sceptri potestatem asseruit. His gerendis rebus cum inibi degeretur, bis periculum vitæ adiit Pater Biardus, quòd multis dissuaserat Argallo aditum in Portum Regium, vt nullius emolumentum operam, cuius tamen non vulgaris fuisset deinde præda; quòd se indicem eorum locorum præbere noluerat, qui ad prædam quærebantur; nonnullorum præterea Gallorum calumniæ iis locis in eum exstitissent: quibus omnibus grauius atque ingenti suo discriminine apud Argallum Turnellumque offendit.

REGIO Portu digressus Argallus in Virginiam contendebat, ineunte Nouembri, anno sexcentesimo decimo tertio, sed postridiè quàm soluerat, atrocissima tempestate diuulsæ naues in lōgè diuersas oras abierunt: Argalli quidem Prætoria in Virginiam tandem est delata: minor è duabus nostris captiuis cum suis vectoribus nūquam deinde comparuit: alia captiua maior, cui Turnellus præsidebat, quaque uehebatur, sedecim dierum continentibus procellis fœdè vexata,

ata, pæne absumtis cibariis desperationem iam adierat, cùm cadente denique tempestate, in Virginiam secundo vento iter intendere cœpimus. Vicenis quinque leucis, haud ampliùs, aberamus Virginiae littore, vbi de nostra nece à Praefecto decernebatur, eoque nobis ea nauigatio erat odiosa, cùm derepente coortus aduersus ventus proram in *Afòras* Lusitanorum insulas obuertit, septingentis pæne leucis inde recto itinere in Ortum sitas. Eius certè venti vis quòd nihil intermitteret, Turnellus prauidebat non nisi capitis sui periculo in Lusitanorum potestatem se vêturum, qui captiuos Sacerdotes, per summam iniuriam domicilio suo auulsos, spoliatosque secum traheret; & eo quidem angebatur magis, quòd Patrem Biardum Hispaniensis generis esse crederet, falsis Porturegensium Gallorum accusationibus persuasus, vt eius noxæ criminationem apud Lusitanos non immeritò reformidaret, si nostri Patres ad se accusandum animos adiicerent. Ea re ingenuè fatebatur vim Numinis, innocentium iniuriã vlciscentis,

tis,  
mer  
calu  
Pat  
fuer  
plac  
viol  
rior  
daba  
bren  
ipfi  
præ  
min  
inha  
fam  
futu  
verò  
enin  
sube  
atqu  
con  
inue  
fem  
velu  
pira  
cam

tis, sibi ac suis in ea nauigatione infestam  
 meritò esse, qua calamitate fractus, qui  
 calumniis sua culpa temerè persuasus,  
 Patri Biardo valdè infensus in eum diem  
 fuerat, magnopere deinde mitigari, eique  
 placatior cœpit fieri. Vt autem ventorum  
 violentia non adigeret ad *Afora*: ciba-  
 riorum tamen eò etiam nolentes aman-  
 dabat, & aquæ dulcis penuria; quamo-  
 brem Turnello videndum erat, ne quid  
 ipsi damni arcefferet Patrum nostrorum  
 præsentia, ex quibus periculi nihil im-  
 minebat, si naue procul in anchoris  
 inhaerente, per scapham in portum mis-  
 sam necessaria annona pararetur, quod  
 futurum Turnellus speraueret. Contrà  
 verò quàm crederet, accidit: appulsis  
 enim ad Faëalem insulā Aforarum vnā,  
 subeundum fuit in portum intimum,  
 atque in ciuium oculis inter cæteras naues  
 consistendum: quò vehementiùs paullò  
 inuectis, cùm nostra nauis in Hispanien-  
 sem faccari nauē impacta, proræ antè  
 velum deterfisset, Nauarchus Hispanus  
 piratam conclamauit, turbamque nauti-  
 cam ad arma exciuit. Paucis antè heb-  
 domadis



domadis Gallus subita irruptione nauem in eodem portu spoliauerat, vnde Hispani similem casum veriti, hoc vehementiùs trepidauerant, tantòque sagaciùs in Anglum inquirendum arbitrabantur. Quare Turnello excendendum in continentem fuit, quem obsidis loco haberent Hispani, dum accuratè lustrarentur interiora nauis, Patribus interim ponè lintrem studiosissimè delitescentibus, ne quid detrimenti ex eis Anglo crearetur, si comparerent. Perdifficilis erat latebra loco minimè idoneo, re adè repentina, tanque accuratis scrutatoribus, nauis omnia intima rimantibus: sed lynceos eorum oculos fugerunt nostri, magna sua voluptate, quòd Anglum ita seruassent: maiore Angli gaudio, quòd præter spem, ac suum meritum, ab iis seruatum se agnosceret, quibus libertatem per summū scelus ademerat. Id beneficij genus, singularemque fidem, Angli & in præsentia ingentibus grati animi argumentis agnoscebant, & deinceps sæpenumerò, maximè apud suos Ministros, cum summa Patrum laudatione, prædicarunt.

carum  
stitit  
tum  
inde  
nellu  
recta  
pesta  
Occa  
nauer  
Pemb  
paran  
bus T  
timi  
Franc  
littera  
qua f  
vel i  
diuul  
habe  
proba  
dictor  
quos  
ruptæ  
posse  
perho  
timor

one nauem  
vnde Hif-  
hoc vehe-  
ue sagaciùs  
itrabantur.  
m in con-  
o haberent  
rentur in-  
erim ponè  
ntibus, ne  
crearetur,  
erat latebra  
repentina,  
us, nauis  
ed lynceos  
i, magna  
ita feruaf-  
quòd præter  
s feruatum  
atem per  
beneficij  
Angli &  
nimi argu-  
ps fapenu-  
Miniftros,  
e, prædi-  
carunt.

carunt. Tres folidas hebdomadas fub-  
ftitit in eo portu nauis Anglicana, tan-  
tumdemque abditi Patres fole caruerunt;  
inde omiffò in Virginiam itinere, Tur-  
nellus in Britanniam contendit, fed  
recta nauigationis femita cum nos tem-  
peftas deieciffet, in oram Vuallia ad  
Occafum violenter nos impexit: vbi cùm  
nauem annona deficeret, Turnellus  
Pembrochum oppidum adiit commeatus  
parandi gratia. Eius oppidi magiftrati-  
bus Turnellus mouit fufpicionem mari-  
timi latronis, quòd & homo Anglus  
Francica verehetur nauì, & nullam  
litteram fcriptaè auctoritatis proferret,  
qua fuam nauigationem tueretur: neque  
vel iurato affeueranti, fe tempeftate  
diuulfum à Pratore fuo Argallo, fides  
habebatur. Cum eum igitur omne  
probatum genus deftituiffet, citauit  
dictorum fuorum testes duos Iefuitas,  
quos haberet in nauì, quorumque incor-  
ruptaè fidei neminem mortalium diceret  
poffe meritò refragari. Patribus ergo  
perhonorificè interrogatis, cùm pro tes-  
timonio apud magiftratum publicè dix-  
iffent,

issent, Turnellus fuit in honore, atque ut virum nobilem decuerat, probè omnia gessisse creditus est: nostris verò est honor habitus, & apud *Maiorem Urbis*, ut vocant, Magistratum plebeium scilicet, hospitium est assignatum. Qui pro Præfecto rei maritimæ ius Pembrochij tum dicebat Nicolaus Adams, apud quem nostri testimonium dixerant, ubi audit pessimè iis esse in nauigio, iussit eos diuersari apud eū Magistratum, quem indicauimus, suaque fide omnia eis supeditari copiosè, quibus si deesset, unde sibi rependerent, Dei causâ se iis sumtum gratiam libenter facere dicebat, quòd putaret minimè decere, ab omni dignitate ac doctrina instructis viris nihil apud Pembrochios ciues humanitatis relinqui. Missum erat ad Britannia Regem de nostris, cuius dum rescriptum expectatur, frequentes visendi conferendique gratia vndique ad nostros adeunt de nobilitate, de magistratibus, ac ministris etiam, quorum quaternos in disputationis palæstra cum illis commisit quidam de proceribus, doctrinæ periclitandæ studio.

studio. De illorum autem negotio cum in Regiam allatum esset, iam inaudierat Regis Christianissimi legatus captiuum esse nauigium, & Francos Iesuitas, vrgebatque omnium, ac maximè nostrorum libertatem, quòd eius rei habuerat ab suo Rege studiosius iniuncta mandata. Nihil itaque moræ fuit, quin nostri Pembrochio Douerum arcesserentur, vnde breui traiectu Itium Portum, Francicæ oræ oppidum, incolumes lætique deportati sunt, decimo suæ captiuitatis pæne affecto mense, quo loco Darquieni Dynastæ, Regio præsidio Præfecti, & Baulæi Decani eximia humanitate, beneficentiaque lautissimè accepti sunt, idoneo præterea donati viatico, quod Ambianos iter intendentibus in suum Collegium abunde esset.

I A M Nouo-Francicæ Missionis operæ quantum promouerint rem Christianam inter Barbaros, non facile dispiciet, qui rem vulgi trutina metietur: qui verò negotium natura sua perarduum, interuenientibus etiam aliunde casibus valdè impeditum, æquis momentis volet æstimare, maximè

maximè idoneis, atque illustribus initiis asperrimum solum *Euangelicæ* sementi præparatum, fateatur necesse est. In primis enim quantum, quæso, illud est, belluini prorsus ingenij atque moris gentem, nuper ab omni commercio externo alienissimam, ab sua impotentia suspiciosissimam, sic nunc esse nobis cõciliatã, ea de nostris hominibus opinione imbutam, vt eos summo ambitu quilibet Barbarorũ cõuentus expetat, in sua ora domicilium habere cupiat, de suis copiis annua cibaria deferat, mærore ac fletu suum eorum desiderium testetur, implacabili odio in Britannos, nostræ infestos quieti, feratur? Magnum quiddam profecto est, & ingentis ad fidem illis animis ingenerandam momenti, erga illius præcones tam propensa ferri voluntate, fiducia, & veneratione. Illud autem alterum longè maius est, tantoque ad Barbarorum efficiendam salutem potentius, quantò alienius est ab humanarum affectionum ratione, diuinisque motionibus proprium magis. Altè iam insedit Canadiorum animis illa sententia, æternis addici

add  
è v  
Ch  
pau  
mor  
om  
app  
tres  
com  
spon  
iube  
affec  
Do  
salut  
occu  
mot  
bus,  
affid  
diffic  
non  
verba  
tis p  
em,  
inusi  
men  
prod

addici cruciatibus, qui Baptifini expertes è viuis decedant, vt tameti valētes Christianæ legis condiciones, fuo fenfu paullò asperiores, haud facilè ſubeant, moribundi tamen Baptifinum ingentis omnino beneficij eſſe ducant, cupidèque appetant. Cuius doctrinæ quoniam Patres Societatis auctores habent, eamque combiberunt intimis ſenſibus, eius ſua ſponte illos admonent, & memores eſſe iubent, quoties popularium quis deterius affectus decumbit, hortanturque ſuos Doctores vti obitum ægroti præuertant, ſalutaribus aquis luſtrantes, antè quàm occumbat. Atque hos quidem animorum motus, in barbariſſimis alioqui hominibus, biennij cultura, & ea quidem non aſſidua, ſed frequentibus interpellata difficultatibus, duo Patres effecerunt, non leuibus certè momentis ad Euangelici verbi ſatus in ea gente magnis incrementis propagandos. Quam ad propagationem, ſacrarum precationum, & Baptifini inuſitata vis, inſignibus aliquot documentis apud eam nationem interdum prodita, incitamento non mediocri videtur

detur olim futura. Patri Biardo ad Eplani piscis amnem die quodam agenti affertur nuncius ab ægrota, & animam agente muliere, quæ ipsum videre atque alloqui valdè cuperet, ad Sanctæ Mariæ Sinum, duabus ab eo amne leucis. Eò ducem habuit vnum de contubernio, feminamque more gentis præter focum stratam deprehendit, tertia iam hebdomada miserè languentem: ægram, quoad per eius morbum licuit, Catechesi necessaria instruit, adhibitisq; pro re nata precibus cruce ad pectus appensa munit, seque vocari iubet, si quid ei postea deterius accidat. Postridie mulier bene sana è foco exfilit, & graui onusta sacco ad maritum quattuor inde leucas vegeta contendit. Eam sanationem Calvinianus Dieppensis omnium primus obseruauit, confestimque illius euentum mirabilem nunciaturus ad Patrem Biardum accurrit. Idem Pater in ora Pentegoetia cum Biencourtio versabatur, vbi pro instituto mapalia Barbarorum circumiens, ægros visibat, solabatur, precibus, ac Christianis documentis iuuabat. Ibi tertium iam  
 mensem

me  
 era  
 Pa  
 ma  
 iam  
 pre  
 Pat  
 rex  
 qui  
 & d  
 eo  
 Po  
 gen  
 occ  
 ille  
 gra  
 P.  
 sani  
 acc  
 qu  
 in I  
 & M  
 Int  
 are  
 vnd  
 lam

mensē æger decumbebat, cuius salus  
 erat conclamata, quem Barbari visendum  
 Patri obtulerunt. Frigido sudore totus  
 manabat, certo fere mortis indice, cū  
 iam eum grauis æstus tenuisset, cui post  
 preces, & breuia fidei documenta, cū  
 Pater crucem sæpius exosculandam por-  
 rexisset, eique de collo pensilem reli-  
 quisset, frequentibus Barbaris audientibus,  
 & quæ gererentur mirè probantibus, ab  
 eo ad nauē & Biencourtium rediit.  
 Postera verò die Biencourtio cum indi-  
 genis in naue permutationibus mutuis  
 occupato, in eā nauem sanus ingressus  
 ille æger, heri moribūdus, crucemque  
 gratulabūdus magnificè ostentās, adiit ad  
 P. Biardū, ingentiq; gaudio suam ei  
 sanitatem testatus, virtuti S. Crucis  
 acceptā tulit. Illustrius multò est id  
 quod sequitur, & ad Barbarorū sensum  
 in Baptismi laudē singulare. P. Biardus,  
 & Mottaus Sauffæij Legatus, Simonque  
 Interpres vnà iuerant ad considerandam  
 areā Sancti Saluatoris domicilio designatā,  
 vnde redeuntibus procul ad aures accidit  
 lamētabilis vlulatus, quærentibusq; à  
 Barbaro



Barbaro comite causā lugubris clamoris, responsum est, sollemne illud esse alicuius iam iam vita functi argumentū. Sed propius ad Barbarica tuguria succedentibus puer interrogatus indicauit, nō mortui, sed morientis esse cōplorationē; atque ad P. Biardum conuersus; Quin tu, inquit, accurris, si forte in uiuentē adhuc incidas, & eius morti Baptismum praeuertas? Ea pueri vox, tamquā cælo missa, Patrem & comites ad cursum vehementer accendit, quibus ad agrestes casas appulsis, Barbarorū sub dio stantium lōgissima ala, directo ordine instructa occurrit, atq; in spectātis alæ, & mœrore defixæ oculis obambulans pater, cuius in vlnis tenellus moriebatur puer. Hic vt animam ægerimè trahebat, interruptis debilitate singultibus ad mortem properans, miserum parentem miseratione cruciabat & dolore. Ad quoslibet autem infantis singultus, horrendum eiulabat parens, cuius eiulatum adstantis Barbaricæ concionis mox luētuosus excipiebat vlulatus. Pater Biardus adiit ad afflictum puelli parentem, rogauitque an ipso volente moribundum infantem

infan  
genti  
mitte  
postu  
cuper  
cit,  
fufcip  
aquis  
nomi  
mula  
inger  
preca  
bus i  
mate  
puer  
tietat  
veget  
Barb  
rei h  
rum  
in v  
comp  
præf  
auidi  
peron  
recip

infantem Baptismo esset lustraturus. Ingenti mœrore percitus Barbarus vocem mittere non potuit, sed deposito in postulantis manibus puero, reipsa, quid cuperet, ostendit. Pater aquam poposcit, puellumque Mottæo ardentissimè suscipienti tenendum tradit, salutaribus aquis aspergit, Nicolaum de Mottæi nomine appellat, concepta precum formula Barbaris lumē ad fidei agnoscendas ingentes opes à Deo precatur. Sub eam precationem receptum de Mottæi manibus infantem matri eius præsentem defert, mater filio mammam continuè porrigit, puer oblatam cupidè arripit, lac ad satietatem haurit, atque deinceps sanus vegetusque vixit. Vniuersus interim Barbarorum, qui circumsteterat, globus rei haud vsitata defixus miraculo, petrarum instar immotus, ac tacitus hærebat in vestigio. Ad eos igitur sic animo comparatos noster, quæ visâ sunt in rem præsentem quadrare, verba fecit, quæ audis mentibus hauserunt, atque ubi perorauerat, iussit singulos in tuguria se recipere. Vti venerabundi ac trementes

eius

eius sermonem summa reuerentia exceperant, ita cùm cœtus facta missione receptum in suas casas indixit, alto silentio præferentes inuitatum obsequium, in sua quisque tuguria pacatissimè, citissimeque dilapsi sunt. Hæc & huiusmodi alia in Barbarorum oculis, summa ipsorum admiratione, nec minore fructu gesta, quisquis perpenderit, vtilissimis principiis inchoatam Nouo-Francicam Missionem meritò iudicabit.

ntia ex-  
missione  
to silen-  
quium,  
è, citif-  
iusmodi  
na ipso-  
e fructu  
iliffimis  
anciam

ALBANIAE EXCVDEBAT JOEL MUNSELLIUS  
MENSE MARTIS ANNO

---

CIO IOCCC LXXI

